1520 circa 17 Junij

763

185

Petrus Tomiczki Episcopus Cracoviens
et regni Poloniæ Vicecancellarius.
Lucæ de Gorka Castellano Posnaniens
et Capitaneo Majoris Poloniæ.

Magnifice domine domine frater honoran-
dissime. Proficiscentes isthic hoc servitore
meo Czarnkowski, nolui illum vacuum
literarum mearum ad Vestram Magni-
ficentiam venire ad quam tametsi non
habeam nunc ullum scribendi argumen-
tum malui tamen literas carere ar-
gumentô, cui nuntiavi literis. Ego Dei
benignitate jam ad portum meæ bo-
næ valetudinis pervenio, restat dunta-
xat ut me ex hac longa et molestissi-
ma periclitatione reficiam et confirmem.
Id quod facile assequi possem, nisi do-
mini Consiliarii qui Cracoviæ sunt me
multis gravibus reipublicæ negotiis one-
rarent, quæ ad me quotidie deferunt,
volentes ut illis consulerem, qua re
multum perturbationis et inquietudi-
nis mihi afferunt, et miror pluri-
mum, quod tam parvam mei, et hu-
jus adversæ valetudinis habent rationem
scientes cum damno dum ejusmodi et mul-
to majora negotia absque cujusvis ad-
miniculo causa reipublicæ et amore
Principis ac Benefactoris mei me ex-
pedire volere,